



LITERA muta est, nec h post se admittit, nisi in dictionib. Græcis: ut in Phaethon. Conuertitur quãdoq; in transferendis dictionibus Græcis, P, in B: ut quod apud Græcos  $\beta\upsilon\sigma\upsilon\varsigma$ , apud nos Buxus scribitur. Interdum P exile, pro PH poni solet:

ut quod à Græcis  $\beta\upsilon\upsilon\iota\upsilon\varsigma$ , cum ph scribitur, à nostris Punicus uertitur.

P. posuit. PAS. Passus. P. Publius, pupillus. P. AEL. AVG. LIB. Publius Aelius Augusti libertus. P. C. Pactum conuentum, uel Pecunia constituta. P. D. Publicè dedit. P. F. publicè fecit: Publij filius: Pius felix. P. H. C. Publicus honor curandus. P. I. R. Populum iure rogauit. P. I. V. uel, I. Principi inuentus. P. I. R. Populus, uel Publius irrogauit. P. L. Publij libertus. P. M. Pontifex Maximus. P. M. Principi militum. P. P. C. uel, P. C. pares conscripti. P. P. P. Primus pater patriæ. P. P. Pater patriæ: Pater patratus. P. P. HISP. C. Præses prouincie Hispanie Citerioris. P. P. P. E. S. S. S. E. V. V. V. V. V. V. F. F. F. F. P. P. R. Primus pater patriæ profectus est, secum salus sublata est, uenit uictor, ualidus, uincens, uires urbis uestræ, ferro, flamma, frigore, fame, pace populi Rom. P. Q. Postquã. P. R. E. uel EX. Post reges exactos. P. R. Populus Rom. P. S. Plebiscitum. P. S. S. Plebiscita. P. S. Posuit sibi. P. S. F. Publicè sibi fecit: Publicè saluti fecit. P. S. F. C. Publicæ saluti faciendum curauit: uel, Publico, aut proprio sumptu faciendum curauit. P. V. Pupilla. P. A. C. P. R. Pace populo Romano: uel, Pace populi Rom. P. A. D. I. G. uel, P. D. Patriciatus dignitas. P. A. L. Palmensi. P. A. R. Parentum. P. A. R. T. H. Parthicus. P. A. T. R. Patricius.

P. R. Prator. P. R. S. Pratoris sententia. P. R. V. R. Prator urbanus. P. R. P. E. R. Prator peregrinus. P. R. R. Pratores. P. R. P. R. Proprator. P. R. A. E. P. R. E. S. Præfectus Præsidij. P. R. A. E. F. Præfectus. P. R. A. E. F. V. R. Præfectus urbis. P. R. A. E. V. I. G. I. L. Præfectus uigilium. P. R. I. K. L. uel K. Fride Kalendas. P. R. I. D. N. O. N. A. P. R. I. D. I. E. N. O. N. A. S. A. P. R. I. L. I. S. P. R. I. N. C. I. U. V. E. N. T. Princeps inuentus. P. R. O. G. uel P. R. O. C. O. S. Proconsul. P. R. O. C. O. S. S. uel P. R. O. C. C. Proconsules. P. R. O. N. Pronepos, uel Proneptis. P. R. O. P. R. A. E. T. Proprator. P. R. O. V. Prouincia. P. R. S. P. Præses prouincie. P. R. S. S. Præfides.

P. P. A. V. G. Perpetuo Augusto, ut in fine proæmij Institutio- num Ciuilium.

P. P. propositum significat in Codicis constitutionibus. Leges enim & Edicta & Constitutiones palam, publico in loco promulgabantur, ut eas legere quisque posset.

P. A. pro parte: & P. O. pro populo positum est in Saliari carmine. Festus.

Pabulum] pabuli, pen. corr. ( $\rho\omicron\mu\eta, \beta\omicron\epsilon\gamma\alpha, \rho\omicron\beta\beta\upsilon, \chi\iota\lambda\omicron\varsigma, \chi\epsilon\gamma\epsilon\tau\omicron\sigma\mu\alpha$ ) Propriè est pecudum & aliorum brutorum cibus herbaceus, paleaceus, uel stramentitius: ut ait Valla. Plin. lib. 10. cap. 24. 2. Nec occultantur turdi, nisi sepe ibi quò hybernium pabulum petant. Virg. 1. Aeneid. 96,

— priusquam

Pabula gustassent Troie, Xanthumq; bibissent.

Theauri pars 3.

Dia pabula. Lucret. lib. 5. 189.  
Dira pabula. Stat. 12. Theb. 114.  
Insueta pabula. Virg. 1. eclog. 10.  
Læta. Lucret. lib. 1. 3. Virg. 3. Georg. 77.  
Larga. Lucret. lib. 9. 174.  
Luxuriosa. Vide Luxus.  
Naturalia. Vide Nascor.  
Pinguia. Virg. 1. Georg. 18.  
Tristia. Senec. Thyest. 8. 26.  
Virgea. Virg. 3. Georg. 64.  
Viridia. Quint. lib. 2. cap. 10. 4.  
Pabula canescunt. Ouid. 2. Metam. 43.  
Terra concipiunt pabula. Virg. 1. Georg. 18.  
Decerpere pabula. Ouid. 13. Metam. 200.  
Distendi pabulo. Quint. lib. 2. cap. 10. 4.  
Insensare pabula. Tacit. lib. 5. Adequitare castris, insensare pabula. Hoc est infestabat.  
Parua pabula legens hirundo. Virg. 12. Aeneid. 95.  
Metere pabula falce. Ouid. epist. 6. 17.  
Obterere pabula. Lucan. lib. 6. 17.  
Nocturna pabula petunt fætæ. Senec. Hippol. 1. 4.  
Mollia pabula surgunt. Ouid. 7. Metam. 57.  
Pabulum, per translationem ad alia transfertur: ut, Amoris pabula sibi absterrere. Vide Absterreo.  
Animorum, ingeniorumq; naturale quasi quoddam pabulum consideratio contemplatioq; est. Cic. 4. Acad. 229.  
Studij pabulum. Cic. de Senect. 45.  
Dare pabula morbo. Ouid. 8. Metam. 177.  
Digna canis pabulo. Prouerbiu est, quod fermè idem ualet ac si dicas, uix quisquam est tam inutilis minister, quin si nõ amplo salario, certè uictu dignus esse uideatur. Quadrabit in hominem non usquequaq; reiiciendum: aut in assentatore, & ob id idoneum, qui in aulis principum uersetur, ubi nullo in precio sunt qui nesciunt adulari. Refert Suidas.  
Corrumpi pabulo & glande inimicorum. Cicero de Arusp. respon. 4.

¶ Pabularis, & hoc pabulare, penult. prod. ( $\chi\epsilon\gamma\epsilon\tau\omicron\sigma\mu\alpha\tau\iota\kappa\omicron\varsigma$ ) Quod ad pabulum pertinet, seu quod pro pabulo datur. Colum. lib. 11. cap. 2. 57. Et lib. 2. cap. 14. 1. De lupino nihil dubito, atq; etiam de pabulari uicia. Plin. lib. 18. cap. 16. 3. Omnia hæc pabularia.

¶ Pabulor, pen. corr. pabularis ( $\nu\epsilon\mu\omega, \chi\epsilon\gamma\epsilon\tau\omicron\gamma\omega\gamma\epsilon\omega$ ) pabulari, Pabulum ex agris capere manibus aut falce in pastionem iumentorum. Caesar 8. bel. Gal. 38. Et quum pabulatum, frumentatumq; longius esset proficiscendum. Idem lib. 5. 65. Quum Caesar pabulandi causa tres legiones atq; omnem equitatum, &c.

Pabulari, Pascere. Colum. lib. 7. cap. 6. 8. Subinde quæ cedit (scilicet capella) compepsi debet, ne procurrat, sed placidè ac lentè pabuletur.

Pabulari oleas fimo, Fimum in pabulum & nutrimentum ac fomentum dare ipsis oleis, hoc est, stercore. Columel. lib. 5. cap. 9. 11.

¶ Pabulator, pen. prod. pabulatoris ( $\chi\epsilon\gamma\epsilon\tau\omicron\gamma\omega\gamma\omicron\varsigma$ ) Qui pabulatum uadit. Cæs. 5. bel. Gal. 65. Repente ex omnibus partibus ad pabulatorem aduolarunt. Liu. 9. bel. Pun. 11.

¶ Pabulatio, Verbale ( $\chi\epsilon\gamma\epsilon\tau\omicron\gamma\omega\gamma\iota\alpha$ ) Caesar 7. bel. Gal. 49. Omnibus modis huic rei studendum, ut pabulatione & comitatu Romani prohibeantur.

Pabulatio, Pastus. Varr. 3. de re Rust. cap. 16. 16. Si è bono loco transfuleris, ubi idonea pabulatio non est, fugitiuz fiunt De apibus. Colum. lib. 7. cap. 9. 11.

¶ Pabulatorius, Adiect. ( $\chi\epsilon\gamma\epsilon\tau\omicron\gamma\omega\gamma\iota\omicron\varsigma$ ) ut, Pabulatoria corbis in qua reponuntur pabula. Col. lib. 6. ca. 3. 4. Vide Corbis.